



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VIII. De Vite, ad qua[m] alligati sunt Asini Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

VII. Gentes ipsum audient.

De uocatione Gentium antea aliquoties dicum est.

V I I I .

*Ligabit ad vineam pullum suum,
& ad vitem, ô fili mi, asinam suam.*

Vt duo Cherubim in arca fœderis se mutuo intuebantur, ita Veteris & Noui Testamenti conciones inter se conferendæ sunt, et ex mutua collatione obscuriorum dictorum sententia petenda est. Cū igitur prima specie obscura videantur hæc uerba uaticinij Iacob, Ligabit ad vineam pullū suum, & ad uitam ô fili mi asinam suam: addemus ex novo Testamento enarrationem Filij Dei, qui ita inquit Iohan. 15. Ego sum Vitis uera, Manete in me & ego in uobis. Sicut palmes non potest fructum ferre à semet ipso, nisi manserit in Vite, sic & uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites, Qui manet in me & ego in eo, ille fert fructum multum, Quia sine me nihil potestis facere.

Ad hanc Vitam seu ad seipsum alligat nos Christus, & nos sibi inserit, & in nobis habitat, regit & adiuuat consilia & actiones nostras, ut sint salutares nobis & alijs.

Ac

Ac etiam si sumus Asini, magna & tristi mole peccatorum & calamitatum onerati, tamen hęc mala emendantur & sanantur in nobis, cum uera pietatis intentia ad Christum confugimus. Is enim nos ad suam Vitem alligat, nos inebriat, non quidem uino, in quo est $\delta\sigma\omega\tau\alpha$, sed Spiritu sancto, cuius instinctu & afflatu pię in omnibus periculis, & in media morte, & acerbissimis supplicijs leti sunt acridenti, ut Laurentius, Agne, Agatha, Spiritu sancto inebriati, intrapidis animis & alacri acridenti uultu mortem aduent.

IX

*Lauabit in Vino stolam suam, &
in sanguine vuae pallium suum.*

DE CRVCE, QVÆ COMITATUR PROFESSIONEM EUANGELIJ DE CHRISTO.

Vt Iohan. 15. CHRISTVS inquit. Omnes
palmitem in me manentem & fructum ferentem
purgat pater, ut fructum maiorem adferat. Sic Ec-
clesia & omnes pij alligati ad uitem Christi, & pro-
fitentes Euangelion de CHRISTO, purgantur
Cruce, quæ hic uenuſiſima Metaphora describitur.